

# **Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen (Ed. Wartmann) Nr. 348**

Ego in Dei nomine Irminsind innumerabilium trado ad coenobium sancti Galli una cum manu advocati mei Isgeri pro animae meae remedio seu filiorum meorum quicquid ad iam dictum coenobium volo sub censumque inde annis singulis solvam, id est III denarios. Post obitum vero meum filius meus Otpert seu uxor eius Abirhilt easdem res in eodem censu, quilibet de eis longius vixerit, habeant; addito, ut si Otpert voluerit redimere, cum IIII denariis id agat. Si autem ipse non redemerit et legitimum heredem post se dimiserit, eundem censem solvat et quando voluerit cum denominata redimatione licentiam habeat redimendi. Si autem Otperto progenitus heres non fuerit nec easdem res ipse redemerit, tunc soror eius Oadalbiric post eius obitum vel coniugis suaे easdem res habeat in subiuncta ratione, videlicet ut annis singulis censem solvat, id est de pane maldros .., de cervisa siclas XV et frisgingam I tremissam valentem. Et si ipsa filium habuerit, similiter faciat eiusque tota agnитio, quamdiu virilis sexus illas res hereditaverit; si autem ad feminam contigerit hereditari, tunc ad ipsum monasterium absque ullius contradictione redeant in aevum possidendae. Nullus in sed Signum Irminsindaе et advocati eius Isgeri. sig. Gisalbert. Witigouvo. Walafrid. Ratheri. Pernhart. Vurumheri. Tagabert. Gebbo. Adalbert. Hadabert. Arnolt. Adalgoz. Thiotpert. Lantolt. Rihpert. Isanbert. Adalram. Hato. Ego anno primo Hludowici regis in Altimania scripsi